



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1707**

Q. 202. In quo consistat malitia pollutionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42515**

placuit, & approbata est propter delectationem  
veneream; alias non. *Fili. num. 148. Trull. num. 9.*

*Quæres.* An mutua pollutio inter mares  
vel foeminas procurata, sic mollities tantum,  
an Sodomia.

*Resp.* Si fiat ex solo affectu ad veneream libidi-  
nem, absque concubitu, esse tantum mollitem :  
Si vero fiat ex affectu ad personam illam inde-  
biri sexus (præsertim si adfit aliqua conjunctio,  
& commixtio corporum) est quoad malitiam  
sodomia. *Fil. T. 30. Cap. 8. Plura de tota hac materia*  
*vid. infra Lib. 5. num. 76.* *¶ Auctores citatos.*

#### A D D E N D A.

*Q. 202. In quo consistat malitia pollutionis.* *R. 915*

In hoc præcipue, quod sit contra finem naturæ,  
quæ in ordine ad solam generationem format  
semen, pollutio autem illud prodigit voluptatis  
causâ. Deinde si licita esset pollutio, impediretur  
propagatio generis humani, quia nemo vellet  
inire Matrimonium ob gravissima illius onera &  
difficultates, sed satiarent se homines voluptate,  
quæ est in effusione seminis, habeturque per pol-  
lutionem. Atque ex his constat pollutionem esse  
intrinsecè malam, quod etiam declaravit  
*Innocentius XI.* damnans hanc 49. propositionem:  
*Mollities Jure Naturæ prohibita non est, unde*  
*si DEUS eam non interdixisset, sepe esset bona*  
*¶ aliquando obligatoria sub mortali.*

*Q. 203. Quid circa causas pollutionis fit addendum.* *922*

*R. Seqq. §. I.* Si actio, ex qua prævidetur pollutio,  
sit mortale in materia luxuriæ, simûlque causa  
per se & efficax pollutionis, pollutio secuta est more  
tale, tum quia Lex obligans ad peccatum vitandum,  
obligat ad vitandas causas per se efficaces illius;  
tum quia talis pollutio censemitur intenta in causa